



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

1 Nunquid na[m] cambium ratione loci sit licitum

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

Probō
conclu-
sionis.

numismata sunt cambire, nonnullo ab al-
terutra parte concessio alteri pretio. Hoc
patet in cambio minuto, quod supra ma-
nuense nuncupabamus nimirum dum nu-
mularius, aut aurum dat pro minuto argē-
to, aut vice versa. Hoc inde probatur,
quod hoc genus cambij legi nullatenus ad-
versatur de numismatum aestimatione,
aestimatio enim illa non est nisi quatenus
sunt rerum pretia, minutum autem cam-
bium ob id permittitur, quod illic nulla
est emptio aut venditio, sed commutatio
ad usum humanum utilis. Est. n. forte pau-
per, qui minutim pecunias expendit, pro
quibus ideo aurum exhibet, ut sibi ad sum-
ptus familiares vsui sint, & forte est dives,
qui argento ad fabricianda vasa opus
habet. Et vice versa est alius, cui transpor-
tare expedit grandem pecuniam, vel cuius
fert animus thesaurum recedere, qui ideo
ne tanto sit sibi oneri magnum pondus,
vel argenti vel auri, cum exiguo auri com-
mutat. Cum ergo ad istos vsus servitium
sit & obsequium reipublice, varias habere
paratas monetas, quae sine sumptu & labo-
re cogeri nequeunt, servariq; & exhiberi,
potest persona publica qui huic muneri
suas impendit operas, iustum percipere
pretium. Quin vero non solum ob istos
vsus, sed habes forsitan monetas vetustate
exefas, quae vix signum representant, ne-
que facile à mercatoribus recipiuntur, qua-
re ut illas cum alijs integris commutes,
aequum est ut auctuarium pretium solvas.
Debet autem pretium tum tenue esse, tum
etiam vsu receptum, ut via fraudibus oc-
cludatur. Caiet. autem in illo suo tract. hanc
facultatem solis campforibus cōcedit, pro-
pterea q; publici sunt reipublice ministri,
quare aut inter priuatas personas non esse
licitum. Non autem video cur non etiam
priuatum liceat. Nam si genere suo cam-
bitio illa aestimabilis est pecunia, cur non
licebit cuiuscunque? Quod si non esset pre-
tio aestimabilis, profecto nec liceret camp-
foribus, nam ut infra apertius monstnan-
dum est, antequam sumptus & labores sint
digni pretio, pensanda res est ex obiecto,
licita ne sit an non. Hoc tamen est verum,
quod si ego debeo duodecim regalis, non
possum propterea, quod aurum soluam,
vno ducato satisfacere, & idem est in pre-
tiji, tamen si qui libere sine vi & fraude rem
suam vendit, nihil obstat quo minus sua

sponte minoris vendat auro pretio, quod
argenteo, vel aeneo. Et tunc aliter iulle po-
telt oblato puro & optimo auro minoris
emere. Hactenus de hoc genus cambio se-
cundum legem naturae. Tertia conclusio.
Potest reipublica & princeps eiusmodi mi-
nuta cambia inter personas priuatas in-
terdicere. Quod consultius lege cap-
tum iam dudum est in Hispania, tum ob
obuiandum iniustitiae, quae ex pretij cro-
mento statim obrepit, tum praesertim ad
inhibendum, ne aurea moneta in externa
regna transportetur, quod re vera abique
gravi reipublicae detrimento non sit. Qui-
propter eiusmodi lex si recipiatur obligat
in conscientia sub reatu peccati mortalis &
qui monetam auream cambiret pro ala
supra legalem aestimationem signati auri,
ficeret restitutioni obnoxius. Ad primum
igitur argumentum iam responsum est,
quod quamuis in cambio minuto numi
tanquam moneta cambiantur, non tamen
in rerum pretia, sed ad alios, vsus, qui ad
emptiones ipsa & ad venditiones ordi-
nantur. Ad secundum pariter responsum
est, hoc genus cambij priuatis etiam per-
sonis esse licitum dommodo in emptio-
bus & venditionibus fraudibus non ape-
riatur aditus. Nec vero sit ciuili lege in-
terdictum.

QVÆSTIO X.

DE CAMBIO RATIONE IO-
ci & ratione temporis.

ARTICVLVS I.

Utum cambium ratione loci sit licitum.



Stertum quidē iam est cam-
bium ratione loci nihil pra-
seferre iniustitiae, sed si vi ad
pressius examinatur, arguit
de morte a parte negatur.

In omni commutatione requiritur aequa-
litas iustitiae monetae aut sum habent aut
natiuum aut signatum valore ergo vbi
que existat debet ad aequalitatem commuta-
ri, atq; adeo ratione loci non potest pretium
recipi. Secundo aequatur. In eiusmodi cam-
biji ratio lateret mutui, recipit namq; onus
dominiū pecuniae in vno loco, ut eandē re
situat in alio, sicuti recipit in vno tempore
vire.

et restitatur in altero, ratione autem tem-
 poris nihil licet recipere, ergo neque ratio
 ne loci. In contrarium autem est, quod
 hoc cambium seruit traducendis pecunijs
 ab vno in alterum locum, quod reipubli-
 ce vti est. Titulus quasi huius duos sen-
 sus tribus exhibet. Vnus est, vtrum cum
 eadem moneta in diuersis locis inæquali
 valore æstimatur, liceat illam hic nume-
 rare, vt eadem vbi plus valet restitatur,
 qui quidem sensus subsequenti disputatio-
 ni referatur, nam in hoc intelligendo to-
 ta cambiorum machina posita est.
 Alter autem sensus est simpliciter, vtrum
 ratione transportationis transmissionisve
 moneta ab vno in alterum locum, equum
 sit pretium recipere, quod supra diximus
 appellari cambium per literas, ad quem
 vna affirmatione respondemus. Lici-
 tum inquam est ratione huiusmodi
 transmissionis pretium recipere. Con-
 clusio est plana quoniam sicuti merces a-
 liaque rerum genera expedit sæpe ad di-
 uersa loca transuehere, sic etiam expedit
 pecuniam traducere, tum ad alia transi-
 genda negotia, tum præcipue ad coemen-
 das merces quæ ab vna in alteram provin-
 ciam necessarium est asportari. Cum ergo
 manus hoc necessarium sit, pecuniaque
 æstimabile, cuique licet mercedem inde
 percipere. Secundo arguitur. Si quid-
 piam iniquitatis res hæc haberet, maxime
 quia affligem habet mutui, at re vera non
 est mutuum, quia qui hic pecuniam con-
 fert, vt alibi recipiat, non simpliciter trans-
 fert dominium, vt alio tempore restitua-
 tur, sed vt alio loco. Itaque temporis ex-
 pectatio accidentaria est huic contractui,
 nempe quia non possunt innotescere lite-
 re in alio loco, vt pecunie exhibeantur
 nisi in tempore. Tempus inquam quod
 genus hoc cambij non vitiat, atque adeo
 accidentarium existimatur est illud, quod
 necessarium est, ac transmittenda chiro-
 grapha. Nam si longius interueniat, il-
 lud iam impurum reddit cambium, hoc
 est, cum temporis expectatione commi-
 stum, ac subinde vsuram redolens. Qua-
 propter ad explanandam huiusmodi cam-
 bij legitimam rationem statui assolet tem-
 pus solutionis, protinus visis perlectisque
 literis. Id quod in subsequentibus fusius
 elucebit. Et probatur tertio eadem con-
 clusio. Possit agaso & nauta vt transpor-

ti et pecuniam perinde pretium recipere
 atque ob aliarum rerum vecturiam, qui
 autem hic dat vt alibi recipiat, idem effi-
 cit, transfert enim pecuniam aliunde huc.
 Sicuti qui hic recipit, vt alibi reddat, trans-
 fert eam hinc illuc, ergo id potest pretio
 æstimari. Accedit quod pecuniarum
 traductio maxime ab uno regno in alter-
 rum multis subijcitur periculis, tam bella-
 rum, quam latronum, atque etiam sub-
 missionis, si mari & ventis committatur.
 Imò ob id quoque quod sepius inhi-
 tum est numeratam pecuniam a regno ex-
 trahi, quibus vtrique de causis expedientis-
 simum est, vt campiores existant, qui in di-
 uersis prouincijs pecuniam habeant, aut
 fide polleant, & quod aiunt, credito, vt sci-
 licet abique auri, & æris transportatione
 pecuniam per literas transmittant. Quod
 fit id necessarium est, iuste subinde huic
 negotio stipendium constituitur, siue cam-
 pior hic tibi pecuniam numerat, quam tu
 illi redditurus es Romæ vel Brugis, sine tu
 illi id numeres, vt tibi aut Brugis reddat
 aut Romæ. Nam priori modo transfert tibi
 pecuniam tuam aliunde huc, posteriori
 vero hinc alio. Vnde fit notum id, quod
 supra diximus, non esse de intrinseca na-
 tura cambij in diuersis fieri monetis. Nam
 hoc in eisdem fieri potest. At licet conclu-
 sio certissimæ veritatis appareat, dubitas
 forte vtrum si ei qui Metinæ, quod exem-
 pli gratia dicamus, pecuniam alteri nume-
 rat, vt Romæ aut Brugis recipiat, expedit
 illuc suas asportare pecunias. Itaque pre-
 tium ipsi transmissori penderet. liceat pro
 eodem cambio pretium recipere. Appa-
 ret enim neutiquam licere quia non mo-
 do nullum suscipit laborem neque pericu-
 lum, verum & rei suæ sibi que consultat. Rei
 spondetur nihilominus id esse licitum,
 quia numerando alteri pecunias Metinæ,
 numerandas sibi Brugis, transfert illi sua a
 Brugis Metinam. Itaque licet & Petro ex-
 pediret suam pecuniam a Metina tragè
 mettre Bruges; Paulo vero suas inde as-
 ferre Metinam, vterque illorum, nempe
 qui ab altero præuenitur, potest ab ipso
 præueniente pretium recipere. Probatur
 responsio hæc. Nā in his omnibus que de
 cambijs dicenda sunt, oculus semper habè-
 dus est ad obiectum ipsum contractus, nè-
 pesi res est, primum quæ malitiam non in-
 uoluat, mox q̄ si pretio æstimabilis, tunc
 Soto, de iust. & iurc. Qq̄ enim

Duplex
sensus q̄
habetur

Conclu-
sio nisi
au

Probò
conclu-
sio
Secunda
ratio

huius
sensus
autem

autem

autem

Dubita-
tio.

Ratio.

Probò.

Primū
corolla-
rium.

enim vniuersim potest pro pretio fieri. Et quo fit labores & reliqua omnia esse accidentia, quæ rei naturam quantum ad vsum labem non variant. Accidentalium inquam est, quod cum labore aut sine labore autem cum meo commodo aut incommodo vicibus meis fungar, siue pecuniam alibi numeratam habeant siue tantam fidem apud aliquem, qui pro me respondeat, dum tamen id pro te faciam quod est æstimabile pecunia. Nam in his industria plurimū valet. Sequitur deinde non solum illis, si qui essent per Republicam ad hoc munus conscripti, verum & quibuscumque priuatis cābium hoc iure nature permitti, nisi forte ciuili lege esset interdictum. Hoc inde patet, quod res ipsa genere suo est licita & pretio æstimabilis. Quin vtro nulli sunt per rempublicam ad hoc deputati, sed quibuscumque mercatoribus in vsum est hoc modo cambire. Hoc autem ad rem maxime impresentiarum pertinens, admonito opus est, quod vbi pecunie transmissio re vera non fit, sed fingitur, vasa est. Est, verbi gratia illustrium quispiam numis in Hispania egeos, conuenit mercatorem qui sibi mutuo auro succurrat, tenuit ille, offert tamen hic vti sibi in Flandria rependat. Arbitrantur ergo mercatores & camplores, quibus nos est tanta suæ salutis cura (nam qui timoratae sunt conscientie, non se huiusmodi imposturis contaminant) arbitrantur inquam huiusmodi contractus non esse illicitos. Aiunt enim, Ego qui hic pecuniam confero recepturus in Flandria illam cogito inde huc isti traducere, cuius idcirco pretium recipio, cum tamen re vera nobilis ille neque vllam habeat in Flandria pecuniam, neque huc eam somniet afferre, sed sic hic prouidere necessitati. Aiunt tamen camplores nihil sua referre, neque illis studium incumbere, an alij pecuniam habeant necne. At tamen nullo profus fuceo in crustare possunt cambia ista, quin sint manifeste vsuraria. Quoniam fundamentum iustitie huius contractus, de quo in presentia tractamus, non est aliud, quam quod re vera fiat pecunie transmissio, alias apertum est mutuum, atque adeo quidquid ultra fortem percipitur, extorqueatur ratione temporis. Alius autem clypeus, quo se protegent, eo est iniquior, quo putant illo sigmento omni scientem Deum fallere. Peiunt enim ab illis, qui pecuniam reci-

Docu-
mentū.

piunt, literas in Flandriam, qui quidem eas exhibent, diriguntque ad ipsos ministros eorumdem camplores, ac si illi pecuniam ipsorum nobilium haberent, qui quidem ministri tanquam eorum factores postea remittunt. Metinam sub nouo senore, cum tamen re vera eiusmodi cōfictæ missiones ac remissiones non nisi expectando tempore inferuiant, ac petinde exaugendo senori ad exuggendam debitorum substantiam: Et re vera si hæc non esset vltura, licet etiam quibuscumque priuatis qui nullam exercent negotiationem, neque alibi pecuniam habent eodem quoque modo contrahere. Nolo tibi mutuo, sed tamen numerabo tibi hic, vt tu mihi renuneres in Flandria tali pretio. Satis ergo homines ducant hominum illusores esse ne sint etiam Dei. Adde, quod pecunie transmissio esse debet non ad quencumque proximum locum, vt si a Metina ad alteram Metinam vel Toletum fingatur transmitti. Nam traductio que fit intra regnum non est pretio digna, sed expectati temporis palliatio. De quo inferius latius. Ad primum arguitur argumentum, respondetur, quod in hoc genus cambio nullatenus iustitie æquitas violatur, redditur nanque pecunia eadem vel æqualis receptæ, sed pretium insuper traductionis. Ad secundum vero iam responsum est, non esse profus mutuum, immo maiorem habet depositi formam. Collocat enim iste pecuniam suam hic apud istum, vt eam vique ad alio locum deferat.

ARTICVLVS II.

Vtrum ratione temporis licitum sit cambij pretium.

Negativa responsio huius questionis satis est superiori libro demonstrata. Attamen nõ modo quia in presentia dicendorum fundamentum est verum quia multi aliter sentire videntur, operæpretium fuit, hic rursus in disputationem repetere. Arguitur ergo a parte affirmatiua. Dicitur est superiori libro, licere pro mutuo obligatione mercedem recipere, nam alia obligatio est æstimabilis pecunia, cambium autem ratione temporis nihil aliud est, quam quod-